Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0004-5

1683.

1.2. [da] Coccejus, Henricus: De bonis vacantibus. [vulgo] von Erblosen Gütern. 3 Exempl.

3. Coccejus, Henricus: De judice in propria causa.
4. Textor, Joh. Wolfg: De casibus nonnullis.

1684.

1. [da] Coccejus, Henricus: de concursu plurium jurisdictionum in eodem loco.

2. [da] Coccejus, Henricus: De fundata in territorio, et plurium locorum concurrente potestate

3. Coccejus, Henricus: De successionibus ab intestato et hereditatis divisione Rec. 1706.

4. [da] Coccejus, Henricus: De instrumentis mutui praecipuis clausulis instructis. 2 Exempl 1684 u. 1710

5. Textor, Joh. Wolfg: De germinatione ejusque effectibus.

6. Textor, Joh. Wolfg: De executione contra tertium.

7. Thülemarius, Henricus Günther: De archiepiscoporum pallio et aliis insignibus.

1685.

1ᵃ ᵘ ᵇ Coccejus, Henricus: De feudis Falckensibus 2 Exempl.

1.ᶜ Coccejus, Henricus: De pignoribus et hypothecis

2. Coccejus, Henricus: De jure tertii

3. Coccejus, Henricus: De jure victoriae diverso a jure belli.

4. Coccejus, Henricus: De mora.

5. Spina, Johannes de: De poena non confecti ab here-de inventarii

6. Spina, Johan; de: De obligatione successorum ex pacto antecessorum

7. Tector, Joh. Wolfg: De successione ex linea.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0006-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0007-1

1
1a
1c
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0008-7

6.
Pra. 28. num. 13.
1684, 4 a
34.
11

Q. D. F. F. Q. E. V!

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA PRAXI ACCOMMODATA DE INSTRUMENTIS MUTUI PRÆCIPUIS CLAUSULIS INSTRUCTIS,

## Von Wohl-Clauſulirten Leih- oder Gült- und Zins-Verſchreibungen/

Quam

*EX DECRETO ET AUTHORITATE*

MAGNIFICI ATQUE AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS

IN PERANTIQUA ET ILLUSTRI ELECTORALI ACADEMIA HEIDELBERGENSI,

*PRÆSIDE*

*VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO ET CONSULTISSIMO*

DN. HENRICO COCCEJO,

JCTO, PAND. ET FEUD. P.P. NEC NON REGIMINIS ELECTORALIS ASSESSORE GRAVISSIMO,

Patrono ſuo omni honoris cultu ætatem devenerando;

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES CONSEQUENDI

*Die Auguſti Anno 1684.* H. L. Q. S.

Publico Eruditorum Examini ſubjicit

SEBASTIANUS MICHAEL OTTO, Ulmenſis.

*HEIDELBERGÆ, Litteris* Samuelis Ammonii, *UNIVER.* Typog.

P. 1495
BIBL. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE
4

34

# PARASCEVE.

PIget in re ab uſu noſtrorum Judiciorum remotiſſima multum operæ collocare, turpe eſt enim (ut inquit Catullus) difficiles habere nugas, & ſtultus eſt labor ineptiarum: nec non ſummæ dementiæ eſt (auctore Seneca) in tanta temporum Univerſitate ſupervacua addiſcere. Reperiuntur tamen, qui in re nihili & mox dediſcenda occupati, minutias quasq; & antiquitatum quisquilias defecatas tantoperè ſcrutentur, ut maximam academicæ vitæ partem in iis traducant & ferè incaneſcant. Sed hi malè ſibi conſulunt; ſcire enim in noſtra ſcientia non eſt propter ſcire, at propter operari, quare illa, qvæ uſui non ſunt, neque Jurisprudentiæ propria ſunt: Practica eſt ſcientia digeſtiva, h. e. LL. uti in ſcholis deglutiuntur, ita in foro & palatiis digeruntur, quanquam qui temporum abuſus eſt, tantum abeſt, ut id fiat, ut potiùs à foro penitus exulent, & hominum opiniones erroresq; pro jure obtrudantur; At ego juſtam Praxeos rationem mecum perpendens, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi inauguralis Diſſertationis Loco DE INSTRUMENTIS MUTUI PRÆCIPUIS CLAUSULIS INSTRUCTIS, quomodo per ingenii temporisque anguſtiam licet, diſſerendum proponerem, præſertim cum eo argumento nil occurrat frequentius. Neque verò erit hæc longa, & in utramque partem diffuſa,

fuſa, redundansque diſſertatio, neque innumeris Dd. auctoritatibus onerata, non tractatus, ſed diſcurſus & diſſertatio liberior, quæ demonſtrationes certas pro nectare habet, teſte Scalig. Exerc. 307. ſect. 20. per diſcurſum veritas non violatur tradente Everh. à Weyhe de ſucceſſ. Elect. Reg. neque præjudicium fit diſſerendo, ſed decidendo, quæ omnia ut fiant bono conatu & ſucceſſu, Divinæ benedictionis imploro Auxilium!

## THESIS I.

LIcet Baldus in *l. 15. C. de Teſtam.* ſcripſerit: *JCtos rebus magis, quàm verbis curam adhibere Legesque Priſciano non ſubjacere*, referente Limnæo *de J. Publ. libr. 6. cap. 6. num. 3.* minimè tamen credendum eſt, eundem neceſſariam terminorum verborumque explicationem faſtuoſo & faſtidioſo præjudicio damnare, ſed inanem tantum verborum obſervationem, cujus imaginarius ſolummodo uſus eſt, ut loquitur Conſtantin. *in d. l. 15.* improbare voluiſſe. Magnam enim ſemper in explicandis terminorum originibus adhibuerunt JCti diligentiam *arg. l. 1. §. 1. de tutel. pr. J. de Teſtam. ordin. Gilken. ad rubr. C. de fid. Inſtrum.* Quorum Nos exemplo προθεωρίας loco definitionem cum nominalem, tum realem, & diviſionem præmittemus.

## Theſ. II.

Ad definitionem nominalem pertinet Etymologia Trigæ terminorum **I. Inſtrumenti** ab inſtruendo dicti, ex *l. 99. §. 2. de V. S.* quod quaſi ſit inſtructa ſcriptura, qua rei cujusdam fides vel conventio ſignificatur, longeque aliter hic, *ac in tit. ff. de inſtr. & inſtr. leg.* eam vocem accipi patet. **II. Mutui**, quod quaſi μοῦ τεὸν, Auctore Varrone, & græcam interpretantur Etymologiam JCti ab eo, quod de meo tuum fiat *l. 2. §. 2. ff. de R. C. pr. J. quib. mod. re contr. obl.* adeoque mutuum eſt rerum fungibilium i. e. earum quæ mutuis vicibus funguntur, & quarum altera alterius ita locum ſupplet, ut quod meum eſt

in eodem genere atque uſu idem cum tuo ſit, *Weſenb. in π. ad d. t. n. 8.* & naturalis ſignificatio verbi eſt, quod tantundem reciproce præſtetur. *l. 80. de ſolut.* hoc & innuere videntur verba Salvatoris *Luc. cap. 6. verſ. 34.* C. J. A. *ad tit. de R. C. n. 3.* III. Clauſularum, à claudendo d. docentibus Buchnero *in Lexico Fabri,* poſt verbum, *Claudo,* atque Becmann. *de Origin. Lat. Ling. ead. voc.* uti enim actio in genere dicitur, quicquid omninò agi ſolet *l. 178. §. 2. ff. d. V. S.* Sic etiam vox Clauſularum ſumitur vulgariter pro cujusque rei fine & exitu, fuſiùs Barſchamp. *in Radic. Clauſul. c. 1. n. 1. & 2.*

## Theſ. III.

Homonymia I. Inſtrumenti, quod 4. modis ſumitur. I. Latè, pro quocunque documento, ſ. ſcriptura qua cauſa inſtruitur & Judici fides fit de re controverſa ita, ut teſtes etiam complectatur *l. 1. ff d. fid. Inſtr. l. 99. §. 2. d. V. S.* 2. Anguſtè pro ſcriptura ſimpliciter aliquid probante *l. 65. ff. d Judic l. 1 C. de dilat.* 3. Anguſtius, pro ea ſola ſcriptura quâ denotatur conventio, & diſtinguitur tum ab actis *l. 11. C. d. fid. Inſtrum.* tum à rationibus *l. 1. §. 2. ff. de Edend.* tùm à Teſtamento *l. 19. C. de tranſact.* junct. *l. 6. eod.* 4. Anguſtiſſimè, pro publico Inſtrumento, quod à privatis Chirographis diſtinguitur *l. 1. C. de Jurejur. propter calumn. l. 11. C. qui pot. in pign.* Conf. C. J. A. *ad d. tit. de fid. Inſtrum. num. 2.* B. Lauterbach. *in Compend Jur. apud D. Schüz. eod. tit. p. m. 332.* II. Mutui, quod accipitur I. adjectivè, pro eo quod eſt reciprocum, *l. 17. 22 ff. de Reb. Cred.* ut mutua benevolentia. 2. Subſtantivè, cum abſolutè mutuum dare & accipere legimus, & tum interdum ſumitur 1. ut fœnus etiam vel fœneratorem contineat *l. 34. §. 1. ff. eod. tit. l. 41. §. 1. ff. d. uſur.* 2 ut fœnori opponatur *l. 33. & 34 pr. eod t.* 3. pro re quæ mutuo datur, *princ. §. 1 & 2. I. de obligat. quæ re contrah.* 4. pro ipſo contractu mutui *§. 2. Inſt. d. I. N. G. & Civ. l. 2. §. 3. de R. C.* Et hæ 4. ſignificationes h. l. ſunt propriæ. 5. Impropriè mutuum etiam de commodato dicitur *in l. 12. §. 14. ff. de Inſtr. & Inſtrum. Leg. vid. C. J. A. ad tit. d. R. C. th. 4.* III. Clauſularum, inter Juris ſepta varias quoque recipit ſignificationes, & quidem pacti, placiti, conditionis, legis, edicti, proteſtationis, ſatisdationis tutelæ, neceſſitatis Juris, actus, termini Juris &c. prolixius Barſchamp. *d. tr. c. 1. n. 3.* ſive quod circa finem orationis adhiberi ſoleant & illam con-

cludere ſec. Cic. *in lib. 5. Epiſt. ad Attic. 21.* conf. Phil. Paretum *in Lexic. Critic.* ac Græcorum κολοφῶνι reſpondet notante S. Pomp. Feſto *de V. S. verb. Clauſula*: ſeu quod orationem in quacunque illius parte admoveantur, certis includant cancellis, certosque conſtituant terminos, extra quos egredi explicatio nequeat, vid. *l. 9. ff. de Edend. l. 25. d. recept. qui arbitr. l. 38. cum ſeq. de leg 1. l 17. & l. 19. Judic. ſolv. Conf. Briſſon. & Calvin. in Lexic. Jur. vocab. Clauſula.*

## Theſ. IV.

Synonymia **I. Inſtrumenti**, aliâs enim Inſtrumenta dicuntur etiam tabulæ *in Rubric. ſi tabb. teſtam. ext. & l. fin. ff. de fid. Inſtr. in rubr. & pleriſque L.L. & l. 19. de poſſ. contra tab.* ſic tab. nuptiales *l. 9. C. de nupt.* dotales *l. 66. pr. ff. d. don. inter V. & V.* & al. tab. venditionis *l. 2. C. ſi mancip. ita ven.* contractus *l. 4. C. ſi quis alt. vel. ſibi.* obligationis *l. 6. C. de Fidejuſſ.* quibus pecunia expromiſſa *l. 104. §. 1. de Legat. 1.* cautionis *l. 5. ff de ſuſpect. tut.* nativitatis *l. 9. C. de Nupt.* commonitoria *l. f. §. f. de ſuffrag.* monumenta *l 10. ff. de fid. Inſtrum.* documenta *l. ult. C. de prob. N. 44. pr.* vulgò Briefliche Urkunden/ ſicuti etiam obligationes Inſtrumenta dicuntur in *l. 7. C. de non num. pecun.* dicuntur itidem Chirographa, Syngraphæ, Idiochiræ, vulgò Handſchrifften/ Bekantnuß/ Schrifftliche Schein/ Schuld-Brieff. Bornit. *de Inſtrum. lib. 2. c. 31. p. m. 193.* appellatæ autem ſunt obligationes, ut denotent ipſum ligationis actum vel vinculum, res ligans in actu exercito diverſas Strauch. *in Lexic. part. jur. hæc voce. Add.* D. Fromman. *Patronus & Præceptor meus ætatem colendus in diſp. de correali obligatione th. 1.* **II. Mutui**, puta mutui datio *pr. J. de oblig. quæ re contr. l. 2. ff. d. R. C. & paſſim.* 2. mutua pecunia *l. 10. in fin. de V. S. l. 14. C. d. R. C. l. 3. §. 3. ff. ad SC. Macedon.* vel mutua quantitas accepta *l. 41. §. fin. ff. d. uſur.* vel pecunia, mutuò accepta *l. 1. C. mand.* 3. creditum *l. 4. pr. ff d. R. C. l. 20. ff. de Judic. & al. complur.* 4. numeratio *l. 19. pr. ff. d. R. C. l. 4. ff. ad. SC. Macedon. l. 126. §. 2. verſic. ſupereſt. ff. de V. O.* quæ tamen potius ſpeciem ſaltem mutui ſignificat. 5. pecuniæ datio *l. 3. §. 3. ff. d. SC. Macedon.* 6. æs alienum *l. 1. pr. d. t. l. 1. & 11. C d. R. C* 7. nomen *l. 35 ff. h. t. l. 11. in fin. pr. ff. d. uſur.* 8. commodatum quamvis inſolenter *in l. 2. C d. h. qui ex publ. ration.* quemadmodum à Germanis leihen und entlehnen promiſcuè vulgò

uſur-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381520-p0014-0

uſurpantur. III. Clauſularum, quò pertinent ex mente pragmaticorum Cautelæ, de quibus integra eaque varia variorum Dd. volumina nobis obvia, ſc. Tr. Cautelarum Cæpollæ, Ferratii de Advocatis, Joh. de Arnono, Durantis, Blanci, Fichardi, quibus addendi ſunt Brederod. Tennin. Bonacoſſæ, Joh. de Deo, Cavalcani & Oldekop. in Cautel. Criminalibus.

## Theſ. V.

Nominali definitione abſolutâ juſto ordine ſequitur realis, & quidem I. Inſtrumentorum in ſpecie, videl. mutui præcipuis Clauſulis inſtructorum, quod ſint publica vel privata ſcriptura debitoris confeſſionem, promiſſionem, obligationem ſeu oppignorationem, cum beneficiorum renuntiatione continens. Conf. & deſcriptiones Bornitii *d. l.* ubi notandum, quod pactum ſeu tractatus de mutuo longe differat ab ipſo contractu, cum contractus mutui conſummatus tantùm obligationem pariat vid. *l. in bonæ fidei ff. de eo quod cert. loc. l. 17. C. de fid. Inſtrum Bornit. d. tr. c. 32. p. m. 202.* II. Clauſulam, Barſchamp. deſcripſit *d. c. 1. n. 5.* quod ſit oratio per certa & uſitata verba dictionesque ſive æquipollentia, ſ. ſubintellecta, Inſtrumento, contractui &c. ad explicandam & ſervandam voluntatem inſerta. Barth. Bertazollio *in tr. Clauſul. inſtrumental. Cl. 4. gl 23.* dicitur periodus ſive ſententia brevitatem atque concluſionem continens. Genus igitur Barſchampio eſt oratio ſ. ſententia; forma in voluntatis enixæ conciſa declaratione conſiſtit.

## Theſ. VI.

Definitionem excipit Diviſio, quâ I à Cauſa effic. dividimus quoque Inſtrumentum in publicum, quod publicam habet authoritatem, vel à perſona publica *Nov 73 l pen. C. de fid. Inſtrum.* vel ſaltem juſſu perſonæ publicæ, ut judicis factum *c. 11 X. de probat. l. 2. pr. ff. Teſtam. quem aper.* & privatum, quod auctoritate privata fit à privata perſona *l. 11 C. qui pot. in pign.* illud eſt vel vere & ſimpliciter publicum, vel ſecundum quid; ad iſtud referimus I. Acta *l. 2. C. de Edend. l 31. C. D. Donat.* ſ. geſta judiciaria ſcil. *l. f. C de re Jud 2.* ſcripturam cenſualem *l. 10. ff. d. prob. l. 7. 8. C. de don. l fin C. ſin. cenſ. vel reliq.* quò referri poſſunt (niſi fortè actis viciniores ſint) libri mulctarum die Hader- Bruch- und Straff-Bücher. Item Libri Statutorum, it. die Urbar-

Regiſter. C. J. A. *ad Tit. de Fid. Inſtr.* § 3. It. Libri foreſtor. feudal. gabellar. & argentarior. die Forſt-Rechts-Saal-Steur- und Zunfft-Bücher/ item apochæ publicarum functionum *l. 14. §. 1. C. de non num. pecun.* de quibus *t. t. C. de apoch publ.* It. literæ ſecuritatis ſ. ſalvi conductus, Sicher-Geleits-Brieff zu und vom Rechten *Nov 17. c. 6.* Pro Inſtrumento quoq; publico habetur quod 1. manu Notarii ritè confectum vel in judicio vel extra judicium, *c. 11. de præſumpt.* 2. ſcriptura publico ſigillo ſubſignata *c. 2. X. de fid. Inſtrum. c. 5. X. de probat.* 3. ſcripturæ Magiſtratus auctoritate publicatæ, licet per ſe privatæ fuerint, 4. ſcripturæ qualescunque, quæ extrahuntur ex Archivo, aut fiunt apud acta publica, 5. ſcriptura quæ habet ſubſcriptionem ſcribentis, & 3. vel 5. teſtium, quæ tamen propriè publica non eſt *l. 11. cum Auth. ſeq. C. qui potior. in pign. Hahn. ad Weſenb. de fid. Inſtrum. n. 2. Rittershuſ. in Nov. Expoſit part. 9. §. 24. n. 12.* Et hæc de una Inſtrumentorum ſpecie. Alterius verò privati ſcil. Inſtrumenti ſpecies ſunt: quarentigiatum, vid. *Wehn. obſerv. pract. Lit. G. verbo. quarentigia.* executivum, quod paratam executionem habet, evolv. *Matth. Coler. in Proceſſ. Executivo part. 1. c. 10.* codex rationum *l. 41. ff. de R. Cr. l. f. ff. de pecul. l. 6. C. de probat.* ſubnotatio *l. 5. & 7. C. d. t.* Chirographum ſ. Idiographum propria debitoris manu ſcriptum, obligationis probandæ cauſa *l. 20. C. de fid. Inſtr. l. 11. C. qui pot. in pignor.* quod variis nominibus appellatur, ut ſupra dictum, add. C. J. A. *ad d. t.* & 2. ratione Cauſæ inſtrumentalis aut eſt inſtrumentum αὐτόχειρον ſ. ὁλόγραφον totum manu debitoris conſcriptum, vel ἑτερόχειρον per alium ſcriptum, vel mixtum, ex parte propria debitoris manu ex parte per alium exaratum, arg. *l. 29. C. de Teſtam. ſæpè cit. l. 11. C. qui pot. in pign.* 3. ratione materiæ ſunt diverſæ inſtrumentorum ſpecies, ut inſtrumentum dotale *l. 1. in fin. ff. de dot. caut. non numer. l. 65. ff. de Judic. l. 3. C. d. collat. & ſimil.* 4. ratione formæ in authenticum ſeu authographum, vulgò originale Haupt-brieff/ & exemplum, quod transſumptum & copia vulgo vocatur, & vidimus ſ. vidimatæ copiæ vel index Außzug/ Extract. vid. *l. 2. ff. de fid. Inſtr. l fin. l. 5. 7. C. de probat. C. eod. l. 3. C. divers. reſcript. l. 2. C. de conven. fiſc. deb.* 5. Ratione Finis aut fit ſolennitatis aut probationis cauſa *l. 4 ff. de fid. Inſtrum. & l. 4 ff. de pign.* Deinde dividuntur etiam Clauſulæ à C. effic. in legales & conventionales

vel

vel diſpoſitionales: illæ neceſſariæ plerumq; ſunt, hæ voluntariæ, utræq; tamen vel expreſſæ vel tacitæ, ſolitæ vel inſolitæ, 2. à forma diſpeſci ſolent in ſolennes & minus ſolennes, in univerſales, generales & ſpeciales, in puras atq; conditionales, abſolutas ac relativas, prout etiam à loco diſtingui itidem qveunt in poſitas ab initio in medio & fine, confer. B. Lauterbach *ad tit. de Edend. ap. Schüz in Compend. jur. lit. B.* 3. ab objecto, qvando & contractibus & inſtrumentis aliisq; negotiis legitimis adhibentur, variæ occurrunt partitiones: Unde aliqvæ vel communes, qvædam cujusvis naturæ propriæ. 4. ab effectu, finiq; varias ſortiuntur diviſiones, cum aliæ dicantur derogatoriæ, aliæ reſervatoriæ, ſuppletoriæ, pœnales, comminatoriæ juſtificatoriæ, promiſſoriæ, qvorum omnium cenſendæ qvædam, erunt odioſæ, qvædam favorabiles, conf. Barſchamp. *d. tr. in Prolegom.*

Theſ. VII.

Protheoriæ ſubjicienda ipſa Theoria, qvæ complectitur & conſentanea & diſſentanea: Illa conſideranda tum in propriis, tùm in cognatis. Propria comprehendant cauſas & effectus: iſtæ ſunt vel externæ, & conſtituunt Efficientem & Finem. Efficiens autem eſt vel principalis, qvæ & remota, & propinqva, & proxima, vel minus principalis, qvam & procatarcticam aut impulſivam, & inſtrumentalem, eamq; vel generalem vel ſpecialem facimus.

Theſ. VIII.

*Cauſam efficientem* inſtrumentorum mutui principalem præcipuis Clauſulis inſtructorum, ſicut omnium Inſtrumentorum, *remotam*, cum Rulando *d. commiſſ. lib. 5. c. 1.* & C. J. A. *de fid. Inſtr. th. 4. pr.* dicimus Jus Gentium, moti textu Jerem. 32. v. 10 ubi Prophetes ait, ſe aſſumſiſſe Inſtrumentum venditionis ſigillatum ſecundum Jus & conſuetudinem. Maſſinius eqvidem *ad l. 1. C. de Edend. num. 6.* putat fidem Inſtrumentorum Jure naturali eſſe introductam, idq; ex *Gen. 2.* probare nititur, ubi qvidem de Inſtrumentis nil qvicqvam habetur, res ipſa tamen vera eſt. Alii fidem Inſtrumentorum contra Jus Gentium à Jure Civili eſſe introductam ſcribunt, ut ſcil. credatur pelli mortui animalis. Innocent *in c. 1. X. de fid. Inſtrum.*

Theſ. IX.

*Cauſa propinqva* videtur eſſe Lex *l. Contractus. C. de fid. Inſtrum.*

*ſtrum. & l. ſcripturas* C. *qvi potior. in pign. hab.* qvamvis enim inſtrumenta regulariter ſint voluntatis, interdum tamen ſunt neceſſitatis, videlicet Lege vel Judice ſcripturam exigente *cap. 1. d. cenſib. in 6. c. qvoniam de probation. Weſenb.* π. *de fid. Inſtr. n. 3.*

Theſ. X.

Cauſa proxima ſunt illi, qvi inſtrumenta ſibi conficiunt, *l. 4. ff. de pign. l. 17.* C. d. *fit. Inſtrum. l. 18.* C. *de probat. Nov. 44. in præfat. & cap. 1.* Conſcribuntur enim Inſtrumenta etiam à privatis, ut qvando privatus aliqvid apud acta conſcribit aut ſubſcribit, aut recognoſcit *l. 4. ubi Bald. n. 2. C. d. recept. arbitr. Weſ.* π. *d. t. n. 3.* Deinde conficiunt inſtrumenta aliæ perſonæ publicæ, ſolet enim Magiſtratus de Archivo publico ſcripturam qvandoqve tranſumere, & per Tabularios ſcribas ſuos conficere. *Bald. in rubr. C. de fit. Inſtr.*

Theſ. XI.

Cauſam minus principalem fecimus & procatarcticam ſ. impulſivam & inſtrumentalem. Illa eſt vel generalis, voluntas ſcil. publica & privata, ut probationum facultas juvetur, *l. pen. in fin. C. d. hæret. & Manich. l. 14. C. d. contrah. ſtipul.* contentionumqve multitudo minuatur, *arg. N. 73. c. 9. verſ. valeat.* Utilius namqve eſt, diuturnam atqve faciliorem habere probationem nempe ſcripturam, qvæ ſemper loqvitur *l. 4. ff. de pign. l. 4. ff. d. fid. Inſtr.* qvam temporariam & difficiliorẽ, cum teſtes facile intermori poſſint *Gilken. ad l. 18. C. d. t. Fr. ab Amaya ad rubr.* C. *d. apoch. publ. num. 6.* Cauſa eſt etiam judicis mandatum *Bald. in l 2. n. 3. C. d. Edend.* & partium petitio atqve rogatio, ſine qva inſtrumentum confici à Notario non poteſt *N. 44. c. 1. & ibi Gl. in verb. adjungatur. d. conſtit. de Notar.* §. und nach dem ꝛc. *in fin. Dd. in Auth. ſi qvis C. d. Edend.* Vel Specialis eſtqve favor creditoris benigne egeſtati debitoris ſubvenientis.

Theſ. XII.

Cauſa inſtrumentalis eſt con- & ſubſcribens tale inſtrumentum, hinc Notarius, qvi ſe ſubſcribit in Inſtrumento ipſum Inſtrumentũ ſcripſiſſe ac confeciſſe videtur poſt Maſcard. *d. probat. conclus 1341. Nic de Paſſer. de privat. ſcriptur. lib. 2. p. m. 299. num. 5.* Notarius enim eſt publicus ſcriptor inſtrumentorũ, puta, contractuum &c. *l. 1. C. de fid. inſt. l. 24. C. de Teſtib. conf. Conſt. Maxim. l. de Notar.*

*de Notar. paſſ. Zorer* im Rechtlichen Bedencken. Item, ſi voluntate creditoris aut partium, alterius, manu ſit factum, qvod enim voluntate mea ſcriptum eſt, manu mea ſcriptum eſſe videtur, *arg. l. 15. pr. & § 2. ff. ad L. Cornel. de fals.* qvemadmodum per ſe geſſiſſe videtur, qvi per alium geſſit *l. 5. §. 3. ff. d. admin. tut. l. 1. §. 12. ff. d. vi & vi arm. Joach. à Beuſt. ad l. 31. de Jurejur. n. 946.* item Notarius, tanqvam perſona privata, & non uti Notarius. *Nic. de Paſſer. d. tr. l. 2. c. 3. n 8. & ſeqq.* i. e. non obſervatis ſolennitatibus inſtrumentum conficiens; ſcripturam enim publicam non facit manus Notarii, nec ideo fit publica, qvod à Notario eſt conſcripta, ſed ideo qvia habet formam & ſolennitatem publicam *Schard. ad l. 11. C. qui pot. in pign. num. 15.*

Theſ. XIII.

Cauſam finalem dicimus, crediti & debiti probationem aut ſolennitatem, indeqve ortam ſecuritatem, hinc apochæ & antapochæ poſſunt dici ſecuritates, qvia debitores & creditores pleniſſimè ſecuros reddunt, cum iisdem ſolutionem debiti & crediti factam probare poſſint *arg. l. 4. ff. de pignor.* Inſtrumenta enim probant rem iſta geſtam, & inde obligationem ortam eſſe unde etiam nominantur ejuscemodi conventionum ſcripturæ obligatoriæ communi nomine briefflicþe Urkunden / *vid. Bornit. d. tr. c. 31. p. m. 193.* Hæc de cauſis externis; ſeqvuntur internæ, vel ſubjectiva, in qvâ, vel objectiva, ſeu circa qvam.

Theſ. XIV.

Materiam ſubjectivam Inſtrumenta mutui communem habent cum aliis inſtrumentorum generibus; olim enim in qvâcunqve re ſeu materia *arg. l. 1. pr. ibi omnem materiæ figuram. ff. de bon. poſſ. ſec. tabb.* fieri poterant, *arg. § 12. J. d. Teſtam. ordin. l. 1. §. 4. ff. ad L. Cornel. de fals.* ut etiam Jure Canonico *c. 4. X. de confirm. Tut.* Hodie tamen in charta vel membrana eadem ſcribi conſvevit *arg. l. 6. C. d. diverſ. reſer. l. 10. §. 2. ff. de Edend. N. 44. c. 2.* Conſtitutio qvidem *Maximiliani de anno 1512. Colon. Tit.* von den Notarien / §. item die Notarien / ꝛc. Inſtrumenta Notariorũ in pergameno confici vult, qvod & in Camera Imper. obſervatur, teſte *Gail. 1. obſerv. 119. n. 3. Hahn. ad Weſenb. de fid. Inſtr. n. 4.* qvamvis ex conſvetudine etiam

ne etiam inſtrumenta chartacea recipiantur, prout *tr. Arn. de Rey-ger ad Mynſ. 1. obſ. 8.* ſive ergo in charta, , ſ. in membrana, eaqve pura, aut munda, nec ne, inſtrumenta ejuscemodi conſcriban-tur, nihil intereſt.

### Theſ. XV.

Materia objectiva, ſuper qvibus Inſtrumenta hæc mutui fi-unt, ſunt credita Fiſco vel privato vel circa qvam mutuum ini-tum, ab Interpretibus res fungibiles appellari ſolent *Zaſ. 1. ſing. reſp. cap. 1.* in pondere numero & menſura conſiſtentes *pr. J. qvib. m. re contr. obl. l. 2. §. 1. & t. t. ff. d R. Cr.* atqve hæ res in genere pe-cunia credita cognominantur *l. 2. §. 3. d. t. l. 30. pr. ff d. Legat. 1. l. 2 pr. §. 1. C. d. conſtit. pecun.* earumqve rerum datione poſſumus, in creditum ire, qvia in genere ſuo functionem recipiunt per ſo-lutionem magis, qvam per ſpeciem, nam in cœteris rebus ideo in creditum ire non poſſumus, qvia aliud pro alio ſolvi non poteſt *l. 2. §. 1. ff. d. R. C. l. 29. ff. d ſolution. l. 51. ff. d. Legat. 1.*

### Theſ. XVI.

Forma interna principalis eſt conſenſus & animus contra-hentium, juncta traditione, ita enim demum mutui datione o-bligatio contrahitur, ſi id agatur, ut accipiens obligetur *l. 4. pr. l. 18. ſeq. ff. d. R. C. l. 3. § 1. ff. d. O. & A.* & proficiſcatur pecunia à dan-te in accipientem, animo acqvirendi dominium *l. 2. §. 3. l. 15. in fin. ff. d. R. C. pr. I. qvib. m. re contrab. oblig. l. 55. ff d. ſolut.* Verum hæc ipſa traditio interdum tempore antecedit, *l. 34. pr. ff. mandat.* in-terdum alius tradit, non is cui actio qværitur, *l. 9. § fin. ff. de Reb. cred. d. l. 34. & l. 15. mand.* interdum (qvoad formam externam ac-cidentalem & acceſſoriam) ad dationem accedit ſtipulatio, & inde fit, ut ſtipulatione qvoqve dicatur mutua pecunia fieri *l. 3. § 3 ff. ad SC. Maced. l. 57. ff. d. don. inter V. & V l. 6 & 12. C. de R. Cr.* Qvod de ſtipulatione idem qvoqve de Syngrapha dici poteſt, vid. *l. ult. C. ſi cert. pet.* Formulam Singraphæ deſcribit Salmas. *1. d. uſur. c. 5. p. 133.* ubi etiam differre ait à Cirographo, qvod hoc debitoris manuſcriptum, penes ſolum creditorem manebat. Et licet Syn-grapharum mentio in Jure non occurrerit, tamen crebra litera-rum miſſarum vel emiſſarum fit mentio, ut videatur literarum o-bligatio,

bligatio, *de qva in Inſtit. Tit. d. Liter. oblig.* Jus Syngrapharum occupaſſe. Accedunt etiam pacta ad mutuum *l.* 10. C. *d. pact.* qvibus agitur de loco vel tempore ſolutionis, ut *l. 21. ff. d. R. Cr.* & ut minus debeatur, qvam datum ſit, non etiam, ut plus debeatur *l. 11. §. 1. d. t. l. 17. pr. ff. de pact.* item ut dies vel conditio adjiciatur *l. 4. pr. l. 7. 8. 9. & ſimil. ff. d.* R. C. Accedit etiam ad mutui dationem interdum pignus *d. l. 4. §. 1. l. 14. pr. eod. tit.* interdum accedit fide juſſor *l. 26. eod.* & inſtrumenta *l. 40. d. t. ut & l. 5. 6. 10. 14. ult.* C. *eod. Nov. 72. c. 2. 4.* Ut vero obligatio ex mutui datione naturâ ſuâ præſens eſt; ita eadem ratione mutuum natura ſua eſt gratuitum ut uſuræ non debeantur, niſi ex propria obligatione *l. 121. ff. d. V. S.* qvo tamen caſu, ſortis ſolutione in diem collata, nec uſuræ, licet in ſtipulationem deductæ antea debentur. *l. 40. ff. d. R. C. l. 11. cum 2. ſeqq. l. 17. pr. ff. d. uſur. l. 1. 3.* C. *eod. & ſimil.* Et Clauſulam illam, qvæ vulgò Inſtrumentis adjici ſolet, qvod pecunia ſit ſolvenda ad primam Creditoris interpellationem, qvam idem ex nunc faciat, repugnare naturæ mutui, qvippe qvæ impediat dominii translationem *arg. d. l. 55. ff. d. ſolut.* ac proinde nullius momenti eſſe inqvit Faber *in Cod. ad tit. d. uſur. lib. 4. tit. 24. def. 27.* Qvid verò de aliis Inſtrumentorum mutui Clauſulis eorundem præloqvio, tenori, medio & Epilogo ſ. concluſioni inſerendis ſit ſentiendum, ex biga hac ſubſeqventium formularum ſuccincte colligere eſt, qvamvis hodiernis (proh dolor!) moribus corruptis & perverſis etiamſi inſtrumenta pleraqve magnitudinem pellis babulæ excedant, pleriqve hominum iisdem ſe adſtringi ad aliqvid dandum vel faciendum haud patiantur: O ſecula, ò mores!

Wir B. und R. des R. R. Statt N. bekennen offentlich für Uns / Unſere Nachkommen auch Unſere Bürger und dero Erben / die wir ſampt Uns gemeiniglich / ſampt und ſonders und unverſcheidentlich / darzu veſtiglich verbunden;

[ Q. I. utrum talis obligatio valeat, in qva non tantum Magiſtratus loci, verum etiam ejusdem Cives inſcii in ſolidū obligati ſunt? R. Scientium & conſentientium Civium bona obligati poſſunt, ſed non eorū qvi legitimo modo neqve convocati neqve ad conſentiendū perducti ſunt; niſi in rem verſum fuerit. Nec valet diſtinctio inter Civitates Imperiales

qvæ tenere dicundur locum Principis, & tantum poſſe in ſua Republica, quantum Imperator in Imperio, & inter Civitates Municipales, qvæ loco privatorum habentur, itemqve quod boni publici cauſa illud licitum ſit; nam obligate ſingulas perſonas civium, non reſpicit utilitatem publicam & neque Princeps, neqve Reſpublica contrahendo in bonis ſingularum perſonatum quicqvam Juris habent, quia qvod meum eſt, communitatis non eſt; neq; aliquis alterius odio prægravarit debet; nec Univerſitas poteſt ex ſuo contractu obligare ſingularem perſonam; nec deniqve quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro nobis aufferri poteſt per vulg. *l. 11. d. R. l. 2.* Sed quid ſi obligatio ita concepta à civibus impugnetur, qvæ remedia adſunt creditori ad conſeqventem ſuum creditum? R. Si Senatus & Adminiſtratores Reipublicæ mutum contraxerunt, tunc adverſus ipſos, eorumque heredes, ſi pecunia non eſt verſa in Reipublicæ utilitatem, datur regreſſus. *l. 27. ff. de. Reb. cred. Carpzov. Reſp. Elect. 108. lib. 2 tit. 9. confer. infr. plurib.* Quid ſi Civium onus vel alter ſolum verterit, & domicilium alio transtuleriti num adhuc tenetantur Sane ſi obligatio cum ipſius conſenſo facta, tenetur, ſin ſecus, non; Priori caſu ſufficit, cauſam debiti extitiſſe eo tempore, quo ille adhuc civis erat, *Gail. d. arreſt. c. 8. 4.* Sed num novitii Civis, demortuis antiquis, ob debita ſolvenda obligati ſint? At quatenus in rem civitatis verſa ſint. Nam Civitas nunqvam moritur, proin ſucceſſores in demortuorum locum ſuccedunt, & defunctos repræſentant: Guid, *Pap. deciſ. 299. Mindan. lib. 1. d Mand. c. 31. num. 8.* maxime ſi novitius civis ſuccederet in rem, qvæ eſt affecta pro collectis, Berlich. *part. 1. concl. 76. n. 303. & num. præced.* Idem infert: Qui non conſenſerunt, non tenentur, niſi de in rem vorſo; ergo multo, minus, qui plane non fuerunt in Civitate. 5. Quomodo autem conſuli aliter poſſet Reipublicæ obæratæ, & longo bello attitæ & exhuſtæ? R. Indicatur civibus pro viribus patrimonii collecta. Gail. *d. cap. 9.*)

daß wir mit zeitigen freyen Willen / mit vorgehabtem Rath / ohngezwun-

gezwungen und ohngedrungen/ auch mit keinen Liſten und Gefährden hindergangen/

[An per hæc verba libera ac ſpontanea voluntas in tantum probetur, & metus excludatur, ut contra hiſcere non liceat? Non videtur, qvia Clauſulæ ut plurimum ex conſvetudine Notariorum apponuntur, ideoqve parum operantur, qvod ſi tamen non conſtat de metu, omnino aliqvid operantur, & probatur conſenſus liber: qvando verò metus oſtenditur nullius iſthæc Clauſula eſt efficaciæ, qvoniam eodem metu, qvo qvis inducitur ad contrahendum, uti igitur contractus metu geſtus reſcinditur; ita & clauſulæ acceſſoriæ, Hering. *de fidejuſſor. c. 19. n. 20. cum ſeqq.*]

umb Unſer/ Unſerer Erben und Nachkommen beſſeren Nutzens und Frommen willen/ auch anderwertlichen Schaden von Uns abzuwenden/ eines rechten/ ſteten/ veſten/ uffrechten/ redlichen Kauffs wie der in der beſten Form/ nach dieſem und anderen Landsgebrauch und Gewohnheit/ vor allen Rechten und Gerichten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ itzunder oder künfftiger Zeit beſter maſſen krafft hat/ haben ſoll und mag/ unverſchiedenlich verkaufft und zu kauffen gegeben haben/ verkauffe auch für Uns und Unſere Erben und Nachkommende/ wiſſentlich in krafft dieſes Briefs dem N. N. allen ſeinen Erben/ und wer dieſen Brief mit ihrem guten Wiſſen und Willen auch ſonſten mit rechtmäſſigem Titul in handen haben wird/ fr. 100. guter grober und gemeiner Reichswehrung/ je 15 Batzen oder 60. Kr. für fr. 1. gerechnet/ rechter jährlicher Gült/ die Wir Unſere Erben und Nachkommen ohnverſcheidenlich

[Unverſcheidenlich i. e. in ſolidum ſinguli obligati ſunt, & eo ipſo beneficio qvaſi diviſionis renuntiarunt; Beſold. *in Theſaur. pract. pag. 823* alias regulariter tantum tenentur pro portione virili Prukm. *ad §. ſoluta poteſtes membr. 2. effect. 6. n. 139.*

nunmehr führohin dem gemelten Käuffern oder Innhabern dieſes Briefs/ Jährlichen und eines jeden Jahrs beſonders allweg auff

St. Mich.

St. Mich. Tag 14. Tag vor oder nach ohngefährlich / zu ihren ſichern Handen / zu N.

[ Num hæc Clauſula vel pactũ qvo contrahentes paciſcuntur ut reditum annuum in domum Cenſitoris vel emptoris venditor deferre teneatur in genere ſuo ſit licitum? Negandum qvidem videtur, qvia ex natura contractus creditori debitum offerre non tenetur debitor *per l. 1. §. licet autem ff. d. peric. & commod. rei vend.* cumqve illud pactum debitori ſit valdè incroſum & gravè, ad illud obſtringendus non eſt. Molin. *de commerc. qvæſt. 9 n. 737.* ſed contra, nulla ratio eſt, qvæ pacti hujus effectum impediat; imprimis, ſi 1. debitor ſine damno & periculo & ſumptibus cenſum deferre poſſit ad domicilium emptoris. 2 ſi pactum hoc vel augmento precii, vel cenſus vilioris præſtatione compenſatur. 3. ſi emptor ad venditoris ſollicitationem, eum extero præferat, tunc rectè ſtipulari poteſt, ut indemnis ſervetur. *Molina d. l. Martin. d. Jur. Cenſ. cap. 6. n. 288. cum ſeqq.*

ohn ſein des Käuffers oder ſeiner Erben und Innhaber diß Brieffs Koſten und Schaden / wehren und antwortten ſollen uud wollen / und ſol dis nicht hindern / Krieg / Raub / Brand / Acht / Bonn / Anleithin uud ſonſt all und jede Verhinderung / Auſſred / Irrung / Einfall / Mangel oder Gebrechen / Außzug und Eintrag aller und jeder Gericht / Geiſt- und Weltlicher / auch über und wider alles Entwehren / Hefften / Verbiethen / Arreſtieren / Niederlegen und Beſchweren / darzu für alle andere Schatzung /

[ Freulen-Steuer / Schulden / Stever; Collecta autem vel eſt ordinaria & extraordinaria: vel generalis, territorialis, provincialis & circularis *R. J. d. anno 1582. §.* neben und über ſolche. *vid. Mund tr. d. Mun. oner. & bon. paſſim præprimis D. D. Harpprecht. in Tractatione Juridica de præſcriptione immunitatis à Collectis cap. 1. th. 4. & 6. & paſſ. Idem in c. 2. th. 34. circà fin. alleg. B. DN. mei Avi pat. Exotic. conſ. l. 9. D. D.* Schwieder *in Introduct. ad Jus Publ. ſect 1. c. 26 th. 7. & ſeqq.* ]

Hülff / Raiſ-Koſten / Frohndienſt /

[Ut

[Ut ſunt operę ſubditorum, verbum enim Frohn ſignificat gemein/ e.g. Frohnvåſte carcer communis, ideoq, hæ operæ publicam utilitatem alicujus territorii, civitatis aut pagi concernunt, & ab omnibus ejusdem territorii ſubditis præſtari debent, puta, ad refectionem pontium, viarum publicarum, aggerum &c. Dienſt vero ſunt operæ à ſingulis ſubditis debitæ; Beſoldus *vol. 5. Conſil. 233. n. 138.* ſuntq; vel determinatæ, vel indeterminatæ gemåſſen und ungemåſſen: & acqviruntur contractu, ſtipulatiene, conventione, jurejurando promiſſæ, vel præſcriptione. Dominus vero titulum docere deber, nec ſufficit poſſeſſio, & præſtari debent arbitrio boni viri, nec unus alterius onere prægravandus, & pro modo facultatum & agri conceſſi exhibentur, nec prædiis inhærent, niſi ratione prædii injunctæ ſint, qvo caſu ab iis ſeparari non poſſunt, & ad qvemcunq; poſſeſſorem etiam privilegiatum tranſeunt, ſive civis, ſive non ſit, *in tit. d. oper. libert. & tit. d. muner. & honor.* taxantur etiam arbitrio Judicis, evolv. *Balthaſar. tr. de operis ſubditor. D. D. Frommann Diſſ. d. operis ſubditor. add omnino Honoratiſſ. DN. mei Parentis Tr.* von der Leibeigenſchafft im 3. und 4. Stück. *Conf. qvoq; Ejusd. Tr.* freyer Pürſchbeſchreibung in dem 6. Marck- und Freyungs-Stein/ *ubi de termino* Frohn-bawren/ *p. 34. & lit. L*]

auch all andere gegenwårtig- und zukünfftige Beſchwården/ wie die immer Nahmen haben mögen/ gantz und gar nichts außgenommen von auſſer- und ab allen und jeden Unſeren und der Stadt N. Renten/ Zünſen/ Gülten/ Gefällen/ die Wir jetzo haben oder künfftig noch überkom̃en werden/ in ſpecie aber von- und ab Unſerem Dorff N. in Unſerer Herrſchafft Lands hohen auch malefiz.

[Differunt invicem hoc modo: Lands hohe Obrigkeit eſt Jurisdictio territorialis inducens ſubjectionem in omnes, qvi in territorio comprehenduntur, adeo, ut qvi vult eſſe exemptus, docere debeat exemptionem, Malefiziſche Obrigkeit eſt merum Imperium, & non inducit ſubjectionem, ſed gladii poteſtatem *l. 3. ff. d. Jurisdict.* niſi qvando qvis deliqverit, ideoq; torqvendi poteſtas etiam ad merum Imperium, utpote acceſſio ad cauſam criminalem pertinet. *V. Reink tr. d. R. S. & E. it. Beſold. vol. 6. Conſil. 298. n. 42 Bocer. d. tortur. cap. 1. n. 13. Gail. 2. d. P. P. cap. 2. n. 16. B. Lau-*

 *terbach.*

*terbach. in different. jur com.* ; *& Wurtemb. in cauſ. crim. §. 1. D. D.* Schweder *Patronus & Præceptor meus colendiſſimus in Introductione ad J. Publ. ſect. 2. c. 13. th. 12. B. Scheinemann. diſp. d. jurisdict. th. 2. & maximè B. Dn. meus Avus in Tr. Conſilior. Exoticor. conſil. 2. pag. 19. cum ſeq. & pag. 54. cum aliqvot ſeqq.* ]

Forſtlichen.

[ Jurisdictio foreſtalis eſt de regalibus, & eï attribuitur, cui competit jus ſuperioritatis, haud igitur forſan fuiſſet neceſſe, hic in ſpecie exprimere. R. qvod aliqvando ſic; qvia non ; raro foreſtalis jurisdictio in alieno territorio qvoqve competit, uti & imperium merum aliaqve ſimilia regalia, qvæ regulariter ſub jure territorii continentur, at inſtar ſervitutis in alieno etiam eſſe poſſunt. Huc refer ea, qvæ plenius *tr. B. Dn. Avus prædict. Conſil. p. 35. ſeqq.* ]

